Ephraem Syrus; Assemani, Giuseppe Simone [Hrsg.]: Sancti Patris Nostri Ephraem Syri Opera Omnia: quae exstant, graece, syriace, latine; in sex tomos distributa; ad MSS. Codices Vaticanos aliosque castigata, multis aucta, Nova interpretatione, Praefationibus, Notis, variantibus Lectionibus illustrata: Nunc primum sub Auspiciis Sanctissimi Patris ... Pontifecis Maximi e Bibliotheca Vaticana (Tomus Primus Graece, Et Latine)

1732 Seite 78



ferto propter Dominum ; & ob peritiores quosdam ex fratribus ne senes ad opus compellas : nam carnes juventutis suæ in exercitatione attriverunt : & sufficit recta conscientia timenti Dominum. Non bonum est homini operari valenti, in otio panem comedere, cum dicat Apostolus : *sine onere me servavi &*

2. Cor. 11.
Matth. 5.

*servabo*. Scriptum est : *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur*. Proximum ne injuria affeceris, loci prætextu : non enim in columnis consistit Ecclesia, sed in

Abac. 2.

hominibus : quoniam scriptum est : *Væ ei, qui multiplicat sibi quæ non sunt sua : usquequo & aggravat torquem suam graviter ? Quia repente consurgent qui mordeant eum, & vigilabunt insidiatores tui, & eris in rapinam illis*. Qui ædificat domum suam ex injustitia, testimonium avaritiæ ædificat sibi : nam omnem viam injustam oderunt sancti. Magnum in cœnobio periculum est puerulus, nisi recte regatur atque instituatur. Beatus autem ille, qui talem educat ex Dei præscripto ac voluntate. Non exiguum sibi damnum conciliat pastor, qui extra ovile ovium dormit : somnolentia enim pastorum, luporum est gaudium. Si sub tuis frater humiliatus sit manibus, noveris non causa timoris tui id fieri : at Domini potius memineris, propter quem & ipse sustinet, & ne divexes eum. Noli sectari lucrum, quod animæ detrimentum in se continet : quid enim anima pretiosius ? Melior est monachus pauper, vitam quietam degens cum humilitate, quam dives monachus, superbia & elatione animi tumens. Ne jurejurando te fratri obstrinxeris, sed pacem cum eo in timore Dei retine. Vide, monache, ne, dum iis, qui mundana sapiunt, placere cupis, rectum monasticæ vitæ institutum deperdas ; sed in timore Dei tota die persiste. Monachus murmurator in multis detrimentum patietur : qui vero viriliter suffert, hæreditabit gaudium. Ne simus pusillanimes, carissimi : non enim semper in hac vita esse nos oportet. Quodcumque quis propter Dominum egerit, hoc totum ipsi lucro erit. *Nam*

1. Cor. 7.

*esca ventri, & venter escis : Deus autem & hunc, & has destruet*. Si tibi ipsi attendas, monache, primum quidem tui ipsius misereris : postea vero & eos qui te diligunt, gau-

Proverb. 9.

dio afficies : dum dicat Sapientia : *Fili, si sapiens tibi fueris, sapiens eris & proximo. Sin autem malus evaseris, solus mala exantlabis*. Intellige quod dico monache : ne foris pietatem ostendas, in cella vero te arrogantem atque superbum præbeas : ne similes reddamur sepulcris dealbatis, quæ exterius quidem

Matth. 23.

apparent alba, intus vero plena sunt ossibus humanis & immunditia. In omni enim loco unus est Deus, cui sit gloria in sæcula Amen.

Repri-

A γέρουσι διὰ τὸν Κύριον, καὶ διὰ τοὺς γνωστικωτέρους τῶν ἀδελφῶν μὴ ἀποβιάζου γέροντας εἰς ἔργον. διότι κατέτριψαν ἐν ἀσκήσει σάρκας νεότητος αὐτῶν· ἀρκεῖ γὰρ ἡ συνείδησις τῷ φοβουμένῳ τὸν Κύριον. Οὐκ ἀγαθὸν ἀνδρὶ τῷ ἐργάσασθαι δυναμένῳ καὶ ἐσθίοντι ἀργῶς, τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· ἀβαρῆ ἐμαυτὸν ἐτήρησα καὶ τηρήσω. Γέγραπται· μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται. Τὸν πλησίον μὴ ἀδίκει, τὸν

B τόπον προφασιζόμενος· οὐ γὰρ ἐν τοῖς στύλοις ἡ ἐκκλησία, ἀλλ' ἐν τοῖς ἀνθρώποις· διότι γέγραπται· οὐαὶ ὁ πληθύνων ἑαυτῷ τὰ οὐκ ὄντα αὐτοῦ, ἕως τινὸς καὶ βαρύνων τὸν κλοιὸν αὐτοῦ στιβαρῶς; ὅτι ἐξαίφνης ἀναστήσονται οἱ δάκνοντες αὐτὸν, καὶ ἐκνήψουσιν οἱ ἐπίβουλοί σου, καὶ ἔσῃ εἰς διαρπαγὴν αὐτῶν. Ὁ οἰκοδομῶν οἰκίαν αὐτοῦ ἐξ ἀδικίας, οἰκοδομεῖ ἑαυτῷ μαρτύριον πλεονεξίας· οἱ γὰρ ἅγιοι πᾶσαν ὁδὸν ἄδικον ἐμίσησαν.

C Μέγας κίνδυνος παιδίον ἐν κοινοβίῳ, ἐάνπερ ἀκυβερνησία ἐστὶν ἐν τῷ μέσῳ· ὁ δὲ ἐκτρέφων εὐαρέστως τῷ Θεῷ, μακαριστός. Οὐκ ὀλίγην ζημίαν προξενεῖ ἑαυτῷ ποιμὴν κοιμώμενος ἔξω τῆς μάνδρας τῶν προβάτων· ἡ γὰρ χαρὰ τῶν λύκων, ὁ τῶν ποιμένων ὕπνος. Ἐάν τε ταπεινωθῇ ὁ ἀδελφὸς ὑπὸ τὴν χεῖρα σου, νόει ὅτι οὐχ ἕνεκα φόβου σου· μνήσθητι οὖν τοῦ Κυρίου, δι' ὃν καὶ αὐτὸς ὑπομένει, καὶ μὴ αὐτὸν κακώσῃς. Μὴ φθάσῃ κέρδος, ζημίαν ψυχῆς ἔχον ἐν αὐτῷ· τί γὰρ

D ψυχῆς τιμιώτερον; κρείσσων μοναχὸς πτωχὸς ἡσυχάζων μετὰ ταπεινοφροσύνης, ἢ πλούσιος μοναχὸς ῥογχῶν μετὰ ὑπερηφανίας καὶ φυσιώσεως. Μὴ συνδήσῃς σεαυτὸν ὅρκῳ μετὰ ἀδελφοῦ, ἀλλ' ἔχε ὁμόνοιαν ἐν φόβῳ Θεοῦ. Ὅρα μοναχὲ, μήπως τοῖς τὰ κοσμικὰ φρονοῦσι θέλων ἀρέσαι, τὴν διαγωγὴν τοῦ μοναχοῦ ἀπολέσῃς, ἀλλ' ἐν φόβῳ Θεοῦ ἴσθι ὅλην τὴν ἡμέραν. Μοναχὸς γογγυστὴς πολλὰ ζημιωθήσεται· ὁ δὲ ὑποφέρων

E γενναίως, χαρὰν κληρονομήσῃ. Μὴ ὀλιγοψυχῶμεν ἀγαπητοὶ, οὐ γὰρ διαπαντὸς δεῖ ἡμᾶς εἶναι ἐν τῷ βίῳ τούτῳ. Πᾶν ὃ ἐὰν ποιήσῃ τις διὰ τὸν Κύριον, τοῦτο αὐτῷ κέρδος· τὰ γὰρ βρώματα τῇ κοιλίᾳ, καὶ ἡ κοιλία τοῖς βρώμασιν, ὁ δὲ Θεὸς καὶ ταύτην καὶ ταῦτα καταργήσει· μοναχὲ, ἐὰν προσέχῃς σεαυτῷ, πρῶτον μὲν σαυτὸν ἐλεεῖς, ἔπειτα δὲ καὶ τοὺς ἀγαπῶντάς σε χαροποιήσεις· τῆς σοφίας λεγούσης, τέκνον, ἐὰν

F σοφὸς ἔσῃ σεαυτῷ, σοφὸς ἔσῃ καὶ τῷ πλησίον· ἐὰν δὲ κακὸς ἀποβῇς, μόνος ἀντλήσεις τὰ κακά. Νόει ὃ λέγω μοναχέ· μὴ ἔξω εὐλάβειαν, ἐν δὲ τῷ κελλίῳ στρῆνος· ἵνα μὴ παρομοιωθῶμεν τάφοις κεκονιαμένοις, οἳ ἔξωθεν μὲν φαίνονται λευκοὶ, ἔσωθεν δὲ γέμουσιν ὀστᾶ ἀνθρώπων καὶ ἀκαθαρσίας. Ἐν παντὶ γὰρ τόπῳ εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Ta-

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/ephraem1732-1/0326
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg